et diuturna meditatione volvens,
qua meritorum architectura — merita 7, 2; 11, 2
quove rerum pretio | possem mercari caelestia, — res 2, 2; 3, 2
cum essem aulicus scriba doctus
et beatae memoriae tertii imperatoris Ottonis
didascalus simul et primiscrinius,
divina tactus gratia — gratia 5, 1; 11, 11

reatus mei superflua perhorrescens
divinamque gratiam concupiscens — cf. 5, 1
distraxi animum in diversa,
quomodo aeternae satisfacerem misericordiae — cf. 5, 3
sicque remedium meae optinerem animae.

12 Sed in tenuitate tunc meae qualitatis
quicquid animo proponebam, — animus 2, 3; 13, 1
aut vix inchoandum
aut numquam hoc perficiendum timebam.

13 Animus tamen magis ac magis — animus 2, 3; 12, 2
ardore sancti propositi desudabat,
licet tunc temporis
fortuna quid inchoasse vetabat:

14 cum ecce dei electio — cf. 11, 2
senatuumque declamatio
me pontificalis gloriae solio
inthronizandum preeligunt,

15 et ne grex domini turbaretur sine pastore,
ne ecclesia mater nostra esset quasi vidua,
in electione novi pontificis
cor unum et animam unam — Act. 4, 32
omnibus fecit habere spiritus pacis.

IIb 16 Inthronizatus Bennopolitanae aecclesiae,
quod diu animo conceperam — cf. 12, 2
opere complere volebam, — opere 10, 3; 18, 1
videlicet beatae memoriae
tradere tytulum nominis mei — nominis 17, 5
ecclesias struxisse
ac officia deo servientium inibi ordinasse — servire 1, 4; 20, 9
omnemque facultatem meam domino lucrasse, — facultatulam T.
qui esset pars et hereditas mea. — Num. 18, 20. 16, 9 fehlt T.